




**Mappa Aestivarum Insularum, alias Barmudas dictarum : ad ostia Mexicani aestuarij jacentium in latitudine graduum 32 minutorum 25. ab Anglia, Londino scilicet versus libonotum 3300 miliaribus Anglicanis, et a Roanoack (qui locus est in Virginia) versus euronotum 500 Mill. accurate descripta**

<https://hdl.handle.net/1874/430054>





Mappa ÆSTIVARVM Insularum,  
 alias BARMVDAS dictarum, ad Ostia  
 Mexicani estuarij jacentium in latitudine Gra-  
 duum 32 Minutorum 25. Ab Anglia, Londino  
 Scilicet versus Libonotum 3300 Miliaribus  
 Anglicanis, et a Roanock (qui locus est  
 in Virginia) versus Euronotum 500 Mill.  
 accurate descripta.

Circa solstitium æstivum Anno 1676 solvere ex his Insulis  
 quinque viri, in Schaphæ superne aperta, trium doliorum  
 majorum capacitatis, et post septem hebdomadarum  
 navigationem omnes incolumiter in Hiberniam egulerunt,  
 quate ab hominum memoria vix accidisse creditur



Nomina fortuna bona submittentium in questus Virginiani aea 1622. quam fieri potuit accuratissime. expressa numeris, eorum portiones quam proximè in agrorum divisione referentibus, que portiones illic Separatim distinguuntur in regione ipsa, quemadmodum hic lineis ob oculos ponuntur.

<p><b>Hamilton alias Harington Tribes</b></p> <p>1. Lord Maug. Hamilton — 6          2. Edward Harwood — 2          3. M. John Doolittle — 2          4. M. John Dike — 2          5. M. El. Roberts — 2          6. M. Ralph King — 2          7. M. Quicks heirs or assigns — 2          8. M. William Canning — 2          9. M. Will. Canning — 2          10. M. Will. Dyer — 2          11. M. John Bernard — 2          12. M. John Payne — 2          13. M. Tho. Huggin — 2          14. M. John Gearin — 2</p>	<p>15. M. Cleoph. Smith — 2          16. Robert, Carle of Warwick — 2          17. M. Tho. Covert — 2          18. M. Cecconels heirs or assigns — 2          19. M. Clay — 2          20. M. Puffin — 2          21. M. John Dike — 2          22. Common ground — 13 acres          23. M. John Dike — 2          24. M. Geo. Thorge, Esquire — 2</p> <p><b>Smiths Tribe</b></p> <p>1. M. Dalley Diger, since — 2          2. M. Geo. Smolzer his offer — 2          3. M. Rich. Edwards — 2          4. M. Will. Payne — 2          5. M. Rob. Smith — 2</p>	<p>6. M. Geo. Barkleys assigns — 2          7. M. St. Sam. Sandys — 2          8. M. Aubin, Pennington — 2          9. M. Edwin Sandys — 2          10. M. Tho. Smith — 2          11. M. Rich. Morer — 2          12. M. Heavay Timberly — 2          13. Rob. Johnson, Alkerman — 2          14. M. John Wroth — 2          15. M. George Smith — 2          16. M. Geo. Thorge, Esquire — 2          17. M. Andon. Pennington — 2          18. M. Antho. Pennystone — 2          19. M. John Dike — 2          20. M. Rich. Edwards — 2          21. M. John Bernard — 2          22. M. John Payne — 2          23. Robert Carle of Warwick — 2</p>	<p><b>Pembroke Tribe</b></p> <p>1. M. George Smith — 2          2. M. Nicholas Hild, Esquire — 2          3. M. Laurence Hild — 2          4. M. Tho. Ditchfield — 2          5. M. Tho. Ditchfield — 2          6. M. Will. Nichols — 2          7. M. Edw. Ditchfield — 2          8. M. John Fletcher — 2          9. M. Richard Edwards — 2          10. M. Willard — 2          11. M. Richard Edwards — 2          12. M. Isaacson, or his assign — 2          13. M. John Bernard — 2          14. M. John Rogers — 2          15. M. Will. Palmer — 2</p>	<p>16. M. William Canning — 2          17. M. Richard Carver, Esq. — 2          18. M. Morris, Abbot — 2          19. M. Rich. Cogwell — 2          20. M. Edw. Lukin — 2          21. M. Edward Ditchfield — 2          22. M. Tho. Ditchfield — 2          23. M. Will. Nichols — 2          24. M. Edw. Ditchfield — 2          25. M. Rich. Edwards — 2          26. M. Richard Edwards — 2          27. M. Willard — 2          28. M. Richard Edwards — 2          29. M. Isaacson, or his assign — 2          30. M. John Bernard — 2          31. M. John Rogers — 2          32. M. Will. Palmer — 2</p>	<p>33. Rich. Wiseman — 2          34. William, Lord Paget — 2          35. M. William Palmer — 2          36. M. Harwell — 2          37. John Ball — 2          38. M. Thomas Wheatly — 2          39. M. Christopher Barron — 2          40. M. John Woodall — 2          41. M. John Woodall — 2          42. M. L. once — 2          43. M. Geo. Cherridge — 2          44. Geo. Cherridge — 2          45. Capt. Daniel Tucker — 2          46. M. John Hutton — 2          47. M. Francis Newell — 2          48. M. Rich. Toulson — 2</p>	<p>49. M. Mathew Sheppard — 2          50. M. Geo. Tucker — 2          51. M. Christo. Clerkner — 2          52. M. Geo. Smith — 2          53. M. Richard Tomlin Esq. — 2          54. M. Francis Mower — 2          55. M. Martin Bond — 2          56. M. John Water — 2</p> <p><b>Southampton Tribe</b></p> <p>1. Capt. Tucker — 2          2. Capt. Tucker — 2          3. M. John Beilton — 2          4. M. Rich. Chamberlaine — 2          5. M. Leo. Wood, or his assign — 2</p>	<p>57. M. John Bankes — 2          58. Sir Nathaniel Rich — 2          59. Robert, Carle of Warwick — 2          60. M. Rich. Morer — 2          61. M. George Scot — 2          62. M. Edmund Scot — 2          63. M. Antho. Abdy — 2          64. Henry, Carle of Southampton — 2          65. Abnerth Brimsfield — 2          66. M. Tho. Molligant M. John Coffe — 2          67. S. Thomas Hewes — 2          68. M. Peirce — 2          69. S. Ralph Winwood — 2          70. M. Robert Gere — 2          71. M. Edward Sachuille — 2          72. S. John Davers — 2</p>	<p>73. M. John Delbridge — 2          74. M. John Wroth Esq. — 2          75. M. John Wroth Esq. or assign — 2          76. M. Rich. Chamberl. Esq. — 2</p> <p><b>Sandys Tribe</b></p> <p>1. M. Geo. Barkley, or his heirs — 2          2. S. Edward Sandys — 2          3. M. Isaac Heyden — 2          4. M. Tho. Molligant M. John Coffe — 2          5. M. Rich. Chamberlaine — 2          6. M. Abraham Chamberlaine — 2          7. M. George Smith — 2          8. M. Robert Gere — 2          9. S. John Davers — 2          10. M. Robert Gere — 2</p>
--	---	---	---	---	--	---	--	---





D E S C R I P T I O.

promontorio isto occurrit *Abbotsbay*. Distat autem ab ostio *Flatts* promontorium *Spanisch point* quatuor miliaribus Anglicanis, inter quæ loca summa est insulæ latitudo, plus quam sesquimiliaris. Ab eadem Hispanica cuspidem reflexo cursu ad miliaria tria Anglica magnus nascitur sinus *Pagets Port*, in cuius aditu crebræ jacent insulæ. Hinc curvato & semilunari flexu versus Occidentalem excurrit cuspidem, *Flemish Wreck*. E cujus regione insulam vides *Summer-set*, variis insulis hinc inde obvallatam, & eodem tractu insulam *Walfort*, insulam *Gates*, & in longum extensam *Ireland*, inter quam & Hispanicam cuspidem magnum mare concluditur, *The Great Sound*, in quo insulæ natant, quarum nomina sunt *Pearle Eylandt*, *Elizabeth Eylandt*, *Dorrel-Eylandt*, *Brothers Eylanden*. Sinus quoque duos hic adspicias *Wkitbearne Bay*, & *George Bay*. Ad Australe littus Magnæ Insulæ, si à *Charlesfort* incipias, occurrit primum *Harresses Bay*, cum adjunctis domibus, & hinc ulterius miliaribus tribus *Elbow Bay*, & adhuc duobus miliaribus ulterius versus Occidentem *Great Turckle Bay*, aliisque adhuc porro duobus *Port Royal*. maxima hic est Insulæ angustia Oceanum inter & *Great Sound*.

Insularum indoles.

Has Insulas *Barmudas* undiquaque cingunt scopuli, Syrtis, vada, quæ accessu difficilem ideoque validam magis & inexpugnabilem faciunt. Duo solummodo sunt aditus, discriminis ac periculi expertes, iis puta, quibus crebra navigatione cognitus est locorum situs. Atque hos quidem aditus jam arcibus occuparunt Angli. Scopuli recedente mari patenti pleno mari, vix obtekti sunt, cum non ultra quinos ibi pedes intumescat. Ipsa etiam littora petrosa sunt & fragosa, adeoque Solis æstu indurata, ut fluctuum insultus contemnunt. Quæ in fundo latet terra coloris est diversi, neque glebosam eam prorsus dixeris, neque arenolam, verum mediæ inter illas naturæ. Quæ rubri est coloris, pessima est; probatur vero ea, quæ pallidioris arenæ, & nigricantis glebæ colorem refert. Verum omnium optima censetur punicea mediæ inter illas coloris. Altius si fodias ad duos tresve pedes, occurrit albicans & duræ substantiæ terra, in qua radicari amant arbores, lapideam duriciem non habet, majorem tamen calce, spongiosa est & porosa pumicum instar, facile humorem imbibens diutiusque retinens. Putei dulcem aquam suppeditant, qui effodi solent quatuor ac quinque à mari passibus, in quibus more æstus marini aquæ accedunt, ac recedunt. Aere fruitur puro, temperato, humido & moderate calido, valde producendis gignendisque rebus idoneo, usque adeo, ut ex his terris vix quicquam eo deferatur, quod non mire ibi luxuriet, crescatque quam felicissime. Cum vero non intensus ibidem sit calor, non pauci fructus maturitatem suam desiderant. Arbores etiam si folia sua deponant, virent tamen perpetuo. Frumenti specie, quam *Mayrum* vocant, gaudent, cujus inomnibus fere Indiæ Occidentalis partibus usus est. Potentius alit eos, qui assueverunt ejus usui, quam nostratium terrarum segetes, sæcundius ad hæc est, & ex uno alteroque grano integrum interdum pondo colligitur. Bis terræ mandatur, (uti & alia nonnulla femina) semel Martio mense, cujus sementem faciunt in Julio: semel in Augusto, quod metitur mense Decembri. Vix illic nivis ac glaciei apparent vestigia ulla; nullus illic aeris insignis fervor: toto fere anno frigidiusculi flant venti, è mari orti, quibus aer purgatur, refrigeraturque. Fulmina tonitruaque nullo non tempore familiaria isti terræ, quæ tamen sæviora sunt & horridiora iis, quæ hic percipiuntur, nec tamen hominibus pecoribusque, uti nostratia, noxia. Nulum in tota regione venenatum animal deprehenditur. Veneno caret aranea, quam flavam vocant. Verum plantula illic conspicitur, quæ è terra exorta instar convolvuli arborescens, folia habens vineæ foliis non absimilia, cui venenata aliqua vis, licet seignior, inesse videtur. Cum primum hic sedem fixissent Angli, terram deprehenderunt operam arboribus, plantisque variis, cognitis ac incognitis. Hodie vero translatis eo arboribus fructibusque abundat. Maria, aquæque, quibus cingitur, piscosissima sunt, verum pisces proferunt Europæis ignotos, uti & aves. Ineunte anno, & aliqua ætatis parte magna illic testudinum est copia, quas Hispani *Tortugas* vocant, Angli *Turckles*, quæ ipsæ in alimoniam cedunt incolis. Si Anglis scriptoribus fides, hic reperitur planta illa, quam in Indja Occidentali *Nuchely* & *Tumam* vocant, è qua *Couchenilla* in Nova Hispania atque alibi colligitur, quanquam in hac insula ex ista planta illam colligi non contingat, sed potius fructum quendam, quem Angli vocant *Prickelt Peare*. Crescitque hæc planta iis in locis, quæ alias herbas ferre recusant, nempe littora inter & scopulos, quasi marinis aquis gaudens.

Descriptio Insule auctore H. May.

Insulam hanc hunc in modum describit Anglus quidam *Henry May*. Insula *Barmudas* in varias diffecta est insulas, quarum maxima longa est miliaribus quatuor aut quinque, lata duo cum dimidio, tota sylvæ, arboribusque cedris aliisque generis confita. A parte Australi sives alit, verum adeo macilentas, ut ad victum ineptæ sint. Causa est soli sterilitas ac asperitas. Attamen piscium mare, avium ac testudinum terra ferax est. Versus plagam Orientalem portus habet satis commodos, qui naves ducentorum vasorum capaces admittant. Optima quoque hic est ac felicissima margaritarum piscatura. Verum crebro aer intempestus fulmine

I N S V L Æ  
B A R M V D A S,

aliarumque adjacentium

D E S C R I P T I O.



INSULÆ hæc nomen debet navis gubernatori, qui primus eam aperuit, Ratio nominis, dicta etiam fuit *La Garca*, quod nomen fuit navis, quæ ex Anglia huc primum appulit. Sita est ad ostia Mexicani æstuarii in latitudine grad. *Alitudo*, 32, & minorum 25. *Londino* abest versus Libonotum 3300 miliaribus Anglicanis, & à *Roanack* (qui locus est in Virginia) versus Euronotum 500. Insularum maxima, cum aliis vicinis formam pene semilunarem refert. Referunt regi Hispaniarum anno 1527 propositum fuisse coloniam eo deducere per *Hernandum Camelum* Lusitanum, hoc consilio, quod optimam stationem præberet navibus ex *Havanæ* portu per *Ber Bahamæ* fretum Hispaniam repetentibus. Anno 1593 circa littora hæc imprudenter navigans Gallus *D. de la Barbotiere*, naufragium fecit. Postea anno 1609 navis Anglica in Virginiam abiens, cui navarchus præerat *D. Georgius* *Sommerfet*, pari fato in littus illius, salvis vectoribus, qui exscendentes insulam perlustrarunt. Hac occasione factum, ut decretum fuerit Anglis eo colonos transferre, qui terram inhabitant excolantque, nomen quoque ei indidere *Summer Eylandt*, à Navarchi istius naufragi nomine. Quamobrem anno 1612 eo traducti fuere Angli 60, gubernatore *M. Richar-* *Coloni*.

Postea anno 1609 navis Anglica in Virginiam abiens, cui navarchus præerat *D. Georgius Sommerfet*, pari fato in littus illius, salvis vectoribus, qui exscendentes insulam perlustrarunt. Hac occasione factum, ut decretum fuerit Anglis eo colonos transferre, qui terram inhabitant excolantque, nomen quoque ei indidere *Summer Eylandt*, à Navarchi istius naufragi nomine. Quamobrem anno 1612 eo traducti fuere Angli 60, gubernatore *M. Richar-* *Coloni*. *do Moorio*, posteaque temporis successu alii atque alii eo commigrarunt. Gubernatori prædicto hoc imprimis integro triennio curæ fuit, ut variis in locis ad defensionem ac tutelam colonorum propugnacula exstrueret, quæ quidem decem fecit, tormentisque bellicis alioque armorum genere munivit. Verum mira statim calamitas agros mansit; glires nempe aliquot è navibus terram ingressi incredibili fecunditate in illum ilicet numerum excrevere, ut brevissimo tempore fata omnia, & agrorum fructus depasti fuerint; nec ullis studiis huic malo obviam iri potuit, verum qua facilitate geniti auctique fuerant, eadem aliquot post annos ultro extincti spem colonis fecere non vani labores. Triennio exacto successit *Moorio Tuckerus*, cujus mira fuit in plantandis arboribus, quas ex Indiæ Occidentalis insulis petebat, diligentia; nec segnis in excolenda terra, omnis generis fructus colligere cepit, quibus ad victum incolis esset opus, & unde Angli mercatores, domini sui, luculentum expectarent lucrum. Instituta quoque totius insulæ in partes tribusque fuit divisio, ut quisque, quam nactus esset agrorum portionem, graviter excoleret. Eam accurate exhibet præfens Tabula. Anno 1619 gubernatoris titulo eo missus fuit *Butterus*, quatuor navium præfectus, adducens secum colonos novos quingentos. Mox plures eo concessere, ut iusto hominum numero habitari cœpta fuerit. Quibus autem nominibus insulas hæc omnes distinxerint Angli docet Tabula. Ad Orientale latus occurrit primum oblonga Insula, in qua *Nomina insularum* domicilium est *Warwyckfort*, necnon munimentum *Sandis-Fort*, uti & aliud *Davers-Fort*. *Ex-* *larum*. *tremitas Occidentalis Bunnpoint* vocatur. Qua parte angustissima est, sinum habet, cui *Promontorio-* *rum* *men Worsen Holm Bay*. Toti Insulæ nomen est *S. Georges*. Huic ad Orientem quoque adjacet *Sinum* *parva Insula cum arcibus Carvendis-Fort & Pagets-Fort*, nec non Insula major *S. Davids*, uti & *Arcium* *alia Smits insula*, & minores complures. Nec longe hinc videre est Insulam *Coopers*, arcem *Pembrocks*; *Nonfuch* & *Moore* insulas. arces porro *Charles-fort*, *Kings Castle*. Quæ quidem insulæ ambitu suo sinum faciunt ingentem, *Sauthamptonæ* portum vocant, in quo sub ipso litore Insulæ Sancti *Georgii*, alia jacet nomine *Long Bird Eylandt*. necnon alia ad promontorium adustum, *Cony*. Sinus quoque alios hic reperias, quorum nomina *Walsingham Bay*, & *Sto-* *ckes Bay*.

In Orientali parte Maximæ Insulæ mare est conclusum sive internum, quod vocant *Harrington Sound*, in quo angustissimo ostio itur, quod *The Flatts* vocant, inter quod & promontorium Insulæ Borealis *Spanisch point*, locus interjacet *Brackish pond*, cum vicino pago. nec longe à

A M E R I C A.

A B

promon-